Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



37 39

uerbi; Nonne & propter hanc congregationem peccatorum suorum a se lumen ueritatis ab
alienum dominum ad ipsum regreditur. id est ut aut non in a pauperis. de quib: dictum
est; beatus qui perseuerauerit usq: in finem hic saluus erit. Teneatur & capiatur sincera
fides. & ab omnium praeuarum opinionum labe purgata. non ergo immerito dicitur. &
propter hanc congregationem in alium regredere. id est secede rursus in alitudinem secre
torum tuorum. & ut propter eam congregationem populorum quae ab & nomen tuum. &
falsa tua non faciat; sed siue superior. siue tacite congruentior huius loci expositio sine
praeiudicio alicuius alterius melioris aut puris conuenientissime sequitur. dns iu
dicat populos; sicut enim in alium regressus est. cum post resurrectionem ascendit in
caelum ubi ene sequitur. dns iudicat populos quando ueniturus est iudicare uiuos & &
mortuos. sicut in alium regrediatur cum peccatores xpianos deserit intellegentia ue
ritatis quia de ipso aduento dictum est. Qui ueniens filius hominis inueniet fidem
in terra. dns ergo iudicat populos; Quis dns nisi ihs xps. Pater enim non iudicat quem
quam. sed omne iudicium dedit filio. Quapropter haec anima quae perfecta amatrix de que
ad modum non timeat iudicii diem. & uere securo desiderio dicat in oratione. ad ue
niat regnum tuum; Iudica inquit me dne secundum iustitiam meam; In superiore
psalmo infirmus deprecabatur misericordiam potius in plorans dei. quam commem
orans ullum meritum suum. quem filius dei peccatores uenit uocare in paenitentiam; Itaq: ibi dixerunt. saluum me fac dne propter misericordiam tuam id est. non
propter meritum meum. Iuncaut quem uocatus tenuit & seruauit praecepta quae
accipit audet & dicere. Iudica me dne secundum iustitiam meam. & secundum
innocentiam meam super me. Illa est uera innocentia. quae nec inimico nocet; Itaq:
bene se iudicari postulat. secundum innocentiam suam. quiuere dicere potuit.
si reddidi retribuentib: mihi mala. Quod autem addit super me non ad innocentiam
tantum sed ad iustitiam quoq: subaudiri potest. ut iste sit sensus; Iudica me dne
secundum iustitiam meam & secundum innocentiam meam. Quae iustitia &
innocentia super me est. Quod addit mento demonstrat id ipsum quod anima iusta est
& innocens. Non pset habere. sed per iustitiam & illuminante dno. de hac enim
dicit in alio psalmo; tu illuminabis lucernam meam dne; & de iohanne dicitur.
quia non erat ille lumen. sed testimonium perhibebat de lumine; Ille erat lucerna
ardens & lucens; lumen Ergo illud unde animae tamquam lucernae accen
duntur. non alieno sed proprio splendore per fulget. quod est ipsa ueritas; Ita
ergo dicitur. secundum iustitiam & innocentiam meam super me. tamquam si
lucerna ardens & lucens dicere &; Iudica me secundum flammam quae super
me est. id est. non quae sum ego sed qua fulgeo accensa ante. Consummetur